tunc senatorem Urbis constituit.[a] Eidem quoque leges circa regimen regni tradidit iuxta statuta scilicet[b] regis Guilhelmi et sub eodem etiam iuramento ipsum artans circa factum imperii, quod videlicet nec de eo se ingereret nec electionem de se facte consentire vel ipsam prosequi debeat; alias ipso facto caderet[a] iure regni. Collocata igitur militia eodem anno de Urbe recedit et in Campaniam versus pontem Cparini[c] vadit, ubi est regni introitum, quem Manfredus gente et propugnaculis valde munierat. S(ed) bellicose pons capitur. Simili virtute sanctus Germanus et Mons Cassinus accipitur et diriguntur acies in Manfredum, qui sese in Beneventum receperat. Rex itaque Karolus Manfredo bellum offert, pugnatur utrique[d] in campo Florido in planicie Beneventi, tandem post pugnam acerrimam[e] cesa Manfredi acie maxime Theotonicorum et ipse quoque in bello occiditur. Residencia igitur prius facta[f] in Benevento eodem[b] anno et sequenti totum recuperatur regnum, quibusdam sponte se offerentibus, quibusdam inimperatis; revocantur etiam expulsi per eum, expelluntur sequaces. Eodem anno Hospitalariis et Templariis cum aliquibus aliis multas predas agentibus et Saracenos ledentibus Bondogdar per prodicionem cepit Cesaream, cuius timore Ptholomenses turrem molendinorum et ecclesiam

a) con auf Rasur.

b) s. ...

c) opari ...

~~florido ...~~ d) zu lesen utrinque?

e) acima ...

f) pius fca ? auf Rasur.

~~iis cum aliq auf Rasur~~

~~saream cu auf Rasur.~~